



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis
summis philosophis repetita**

Scribonius, Wilhelm Adolf

Hanoviae, 1593

VD16 S 5114

Analysis hujus Dialogi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)



MENON PLATONIS;
S I V E
DIALOGUS DE VIRTUTE.

Analysis hujus Dialogi.

DOCTRINA hujus Dialogi de virtute ut plurimum est Elenctica. Plato siquidem sub persona Socratis disputaturus, quidnam virtus sit, quae sint ejus principia, quib. comparari possit: aliorum praecipue definitiones & opiniones quolibet vitiosas, utpote Aristippi, Gorgia, Menonis & Protagora refellit. Prima proponitur partialis de virtute virorum & mulierum. Altera est, ubi virtus definitur juste aliis imperare. Tertia additur, virtutem esse facultatem comparandi bona. Ultimo definitur scientia: ubi copiosa interim disputatio additur de reminiscencia, sive recordatione praeteritorum & absentium. Omnes autem & singulas istas definitiones Plato acutissime eruditissimeq. refutat: ita tamen, ut facile sua ipsius mentem, & quid ipse sentiat, declaret. Deinde ostendit quomodo virtus nobis adesse, aut a nobis comparari possit. Dialogus igitur plane moralis est, multa-

F

rum doctrinarum plenissimus, ideoque etiam, studiose legatur, dignissimus.

DIALOGI PERSONÆ
MENON, SOCRATES, PUER
MENONIS, ANYTUS.

An virtus disciplina & exercitatione; an vero natura comparatur. **P**O TESNE mihi dicere, ô Socrates, numceri possit virtus, aut non doceri, sed exerceri: aut neque exerceri, neque disci, sed exerceri, aut alio quodam modo hominibus adidat? Soc. Ante hoc tempus, ô Menon, Thefalici clari fuerunt inter Græcos, & in administratione constituti, & ob equitandi artem, & divitias: Nunc verò, ut mihi videtur, erant sapientiam: & vel maxime Aristippi sodalium Larissæi civis. Hujus autem rei auctor noster est Gorgias. Hic enim ad civitatem delatum ex aliis Theffalis, tum ex Alevadis, tum abus tuus amator Aristippus est, primariorum ob sapientiâ amicos fecit: & sane ad hunc rem vos assuefecit, ut intrepidè & magnè respondeatis, si quis aliquid interroget, & par est facere eos qui sciunt: ut qui etiam exhibeat seipsum, ut qui velit ex Græcis, interroget quicquid velit, & omnibus respondet. At hic, ô chare Menon, contrarius rerum tus est, velut squalor quidam sapientiæ factus est, & videtur ex his locis ad vos sapientiam re. Si itaq; aliquem ex his, qui hîc sunt, hoc